

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Liberalitas r  
cum fonte primo

Nulli paruus est census cui  
magnus est animus, nec de rei familiaris  
modo mensura pendet pietatis. Maiora  
quidem sunt inpendia diuitum et minora  
mediocrum, sed nec discrepat fructus  
operum ubi non deest affectus  
operancium.

Leo papa in apparicione Domini.

Nulli enim paruus est census, cui  
magnus est animus, nec de rei familiaris  
modo pendet mensura pietatis. Maiora  
quidem sunt inpendia diuitum et minora  
mediocrum, sed non discrepat fructus  
operum, ubi idem est affectus  
operantium.

Leo Magnus, *Tractatus septem et  
nonaginta (textus a)*, 40, 4 (CCSL 138A,  
A. Chavasse ed., p.229, ll.111-119).